

quintus

colligitur Varro tradit. Ab ana uero quo lusitaniam a betica discreuimus. cxxvi. mil. passuum. A gadi bus. cii. mil. pas. additis gentes celticæ turduli: & circa tagum uetones. Ab ana ad sacrum lusitani oppi da memorabilia a tago in ora: o yssippo equarum fauonio uento conceptu nobile salatia cognomina ta. Vrbs imperatoria merobrica: promontorium sacrum: & alterum cuneus. Oppida assonoba bassa myrtili. Vniuersa prouincia diuiditur in conuentus tres: emericensis pacensis: scolabitanum. Tota populorum. xlvi. in quibus coloniae sunt quinque municipium ciuium romanorum latii antiqui quat tuor. Stipendiaria. xxxvi. Colonia augusta emerita anæ fluuio apposita: mertalliensis: pacensis: norben sis caesariana cognomine. Contributa sunt in eam castra iulia: castra cecilia. Quinta est scalabis: quæ praesidium iulium uocatur: Municipium ciuium romanorum olyssippo foelicitas iulia cognominatum Oppida ueteris latii eboræ. qui quod idem liberalitas iulia & myrtilis & salatia quæ diximus stipendia riorum: quos nominare non pigeat. Præter iam dictos in betica cognominibus: augustobrigenses: emi enses: aranditani: taxabrite: ises: braxenses: caesarobrigenses: caperenses: caurenenses: colarnici: bilitani. cõ cordienses: & bocori: interausenses: latientes: mirobrigenses: qui celtici cognominantur: medubrigen ses qui plumbari: ocelenses: lancientes: turduli qui barduli: & tapori. Lusitaniam cum asturia & galecia patere longitudine. xl. m. p. Latitudine. d. xxxv. m. Agrippa prodidit. omnes autem hispaniæ a duobus pyrenei promontoriis per maria totius oræ circuitu. xxxix. m. xii. colligere existimantur ab aliis. xxvi. mil. Ex aduerso celtiberiæ complures sunt insulae cassiterides dictæ a græcis a fertilitate plumbi. & e re gione arrotrebarum promontorio deorum sex: quas aliqui fortunatas appellauere. In ipso uero capite mox beticæ ab ostio freti passus. lxxv. mil: gadis longa & ut polibius scripsit: xii. mil. lata. iiii. mil. passu um abest a continente proxima parte minus pedes. d. cc. Reliqua plus septem mil. ipsius spatium. xv. mil. pas. est. Habet oppidum ciuium romanorum quod appellatur augustana urbs iulia. Gaditani ab eo latere quo hispaniam spectat passibus fere. c. Altera insula est in longum. cc. milium passuum. xl. mil. lata. In qua prius oppidum gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & philistide. erythrea a Timeo & Syleo ophrodissias: ab indigenis. Iunonis. Maiorem Timæus continuam apud eos uocitatum ait. Nostri tar teron appellant: quam pœni appellant gadiritam. pœni cadiruta punica lingua septem significante Erythrea dicta est: quoniam ryrii ab origine eorum orti ab erythreo mari ferebantur. In hac Geriones habitasse a quibusdam existimantur quorum armenta Hercules abduxerit. Sūt qui aliam esse eam. & contra lusitaniam arbitrarentur: eodemque nomine quondam ibi appellant.

Vniuersæ europæ mensura, Capi. xxiii.

P Eracto ambitu europæ reddenda consumatio est: ne quid in expedito non sit noscetur uolē tibus. Longitudinē eius Artemidorus atque isidorus a tanai usque gades. lxxxiiii. mil. lliiii. pas sum pdiderunt. Polybius latitudinem europæ ab italia ad oceanum scribit. xi. m. l. esse etiā tum icōperta magnitudie huius. Est at ipsius italiæ ut diximus: xii. mil. xx. ad alpes. Vnde lugdunum ad portum morinorum britannicum: qua uidetur mēsuram agere polybius. xiiii. mil. xviii. Sed certior mensura ac longior ad occasum solis æstiuū ostiumque rheni per castra legionum germa niæ ab iisdem dirigitur alperibus. xii. mil. xliii. pas. Hinc deinde africa atque asia dicentur.

CAI PLINYII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. V.

Africae Descriptio.

AFRICAM GRAECI LIBYAM APPELLAVERE QVA MARE ante eam libycum incipiens ægypto finitur. Nec alia pars terrarum pau ciores recipit sinus longe ab occidente littorum obliquo spatio popu lorum eius oppidorumque nomina uel maxime sunt ineffabilia: præterque ipsorum linguis & alias castella ferme inhabitant.

Mauritania. Capi. i.

P Rincipio terrarum mauritaniæ appellant usque ad C. Caesarem. Germæici filium regna. Seuitia eius in duas diuisa est prouincias. Promontorium oceani extimū apelusua nominat a græcis. Oppida fuere lissa: cotte: ul tra columnas Herculis: nunc est tingi quondam ab anteo conditum: postea Claudio Caesare cum coloniam faceret appellatū traducta iulia. abest a belone oppido beticæ proximo traiectu. xxx. mil. pas. ab eo. xxv. mil. in ora oceani colonia augusti iulia cōstātia: zubil regū ditioni exempta: & iura in beticam petere iussa: & ab eo. xxxii. mil. passuum colonia a claudio Caesare fa cta lixos: uel fabulosissime ab antiquis narrata. ibi regia antei: certamenque cum Hercule: & hesperitum horti. affunditur autem huic æstuarium e mari flexuoso meatu: in quo draconis custodiae instar fuisse nunc interpretantur. amplectitur intra se insulam: quā solam e uicino tractu aliquanto excelsiore non ta

Cotes

f